



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

277. De jejunio quatuor temporum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

duntur Galliarum Episcopi apud Viennem urbem, atque in commune statuerunt ut tri-duanum jejunium facerent. Cùmque Dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt, ut per Galliarum provincias ante Ascensionis Domini diem celebrarentur. Agamus & nos hos dies cum summa reverentia & devotione, cum abstinentia carnis & humilitate cordis: non ut visibilium luporum rabiem evadamus, sed ut invisibilium, id est, spirituum immundorum, tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimenta pretiosa induat, qui in sacco & cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates & comestiones que sunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare præsumat, sed discalciatis pedibus omnes incedant. Nequaquam mulierculæ choreas ducant, sed omnes in commune Kyrie eleyson decantent, & cum contritione cordis Dei misericordiam exorent pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conservatione frugum, & pro ceteris necessitatibus. Dies enim abstinentiæ sunt, non lætitiæ.

De jejunio quatuor temporum. *Ex Concilio Mogontiensi.*

CCLXXVII. Constituimus ut quatuor tempora anni ab omnibus cum jejunio observentur, id est, in Martio hebdomada prima, in Junio secunda, in Septembri tertia, in Decembri quarta, quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, id est, feria quarta & sexta & sabbato. Veniant omnes ad Ecclesiam hora no-

Vide Alcuin. c. 20. divi-nor. officior. & Vvalafr. Strab. c. 28. de reb. eccles.

Vide Cæsar. Arelat. hom. 1.

37.

Concil. Mogunt. sub Kar. M. c. 34. Lib. 5. Capitular. c. 86. Burchard. lib. 13. c. 2.